



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

6. De Adolescente dæmoniaco ad memoriam SS. Martyrum Geruasij &
Prothasij portato, & ibidem cum multis aliis sanato.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

dijs, non est committenda meis verbis: cogi-
tetur potius quam dicatur.

*August. ibidem de adolescente demoniaco ad memo-
riam SS. martyrum Geruasij & Prothasij portatus
& ibidem cum multis alijs sanato.*

CAP. VI.

Victoriana villa dicitur, quæ ab Hippone
regio minus triginta millibus abest.
Memoria martyrum ibi est Mediolanensium
Geruasij & Prothasij: portatus est die eo ado-
lescens, qui cum de medio tempore ætatis e-
quum ablueret in flumine gurgite, dæmo-
nem incurrit. Ibi cum iaceret vel morti proxi-
mus, vel simillimus mortuo, ad vesperinos
illuc hymnos & orationes cum ancillis suis,
& quibusdam sanctimonialibus ex more do-
mina possessionis intrauit: atque hymnos can-
tare cœperunt: Qua voce ille quasi percussus
excussus est: & cum terribili fremitu altare
apprehensum mouere non audens, siue nõ va-
lens, tanquam eo fuerit alligatus, aut fixus re-
nebar: & cum grandi ciularu parci sibi rogã,
confitebatur, ubi adolescentem, & quando, &
quomodo inuaserit. Postremò se exiturum
esse denunciãns, membra eius singula nomi-
nabat, quæ se amputaturum exiens minaba-
tur: atque inter hæc verba discessit ab homi-
ne. Sed oculus eius in maxillam fusus tenui
ventula ab interiore quasi radice pendebat, ro-
rumque eius medium quod in nigellum fue-
rat.

rat albicabat. Quo viso, qui aderant, concurrerant autem etiam alij, vocibus eius acciti: & se omnes in orationem pro illo statuerunt: quamuis cum sana mente stare gauderēt, rursus tamen propter oculum eius contristati, medicum quærendum esse dicebant. Ibi maritus sororis eius, qui cum illò detulerat: Potens est, inquit, Deus sanctorum orationibus, qui fugavit dæmonē, lumen ei reddere. Tunc sicut potuit oculum lapsum atque pendentem, loco suo reuocatum ligauit oratio: nec nisi post septem dies putauit esse soluendum. Quod cum fecisset, sanissimum inuenit. Sana sunt illic & alij: de quibus dicere longū est. *Augustinus ibidem de virgine per lachrymas presbyteri à dæmone liberata: item de adolescente à dæmone liberato per vnicam Episcopi orationem: atque item de Florentino Hipponensi à xx. martyribus miraculosè vestito.*

CAP. VII.

Hipponensem quandam virginem scio, cum se oleo perunxisset, cui pro illa orans presbyter instillauerat lachrymas suas, mox à dæmonio fuisse sanatam. Scio etiam Episcopum semel pro adolescente, quem non vidit orasse: illumque illic dæmone caruisse. Erat quidam senex Florentius Hipponensis noster, homo religiosus & pauper, qui sartoris se arte pascebat, casulam perdidit, & unde sibi emeret non habebat: ad viginti marty-